



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno MCLXXXI. ad annum MCCCXIV.

Parisiis, 1644

Concilium Mogvntinvm, Qvo Svb Praesidio Petri Mogvntini archiepiscopi
iussu pontificis tractata est causa Templariorum, anno Domini MCCCX.
tempore Clementis papae V.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15974

s VII.

Chymen-
atus ex-
ta illicite
cio refer.

im nomi-
os, adu-
n vitupe-
zelo pro-
ta; ex his
, publice
& mere-
nt, inue-
m corre-
ribus sta-
nus, fal-
odo, sub
e quis se-
seu in ea
uin eos,
utionem
omulga-
itus non
int, ipso
imus &
s, eccl-
violent
toritate
eculari,
ari vo-
endos,
quos vi-

CLEMENS
P.V. SALTZBURGENSE II. HENRICVS VII.
IMP. 699

ANNO
CHRISTI
1510.

MITIGATIO SEV MVTATIO
pœnæ super capitulum,

Contractibus matrimoniorum.

SALVTI animarum paterna sollicitudine cauere volentes, constitutionem de clandestinis matrimoniiis dum per nos editam, quæ incipit, *Contractibus matrimoniorum, &c.* taliter ex certis causis duximus moderandam.

Hæc mode-
ratio, seu
mitigatio
non est in
codice Ca-
nifiano.

Tollimus quidem, & sublatam esse decernimus, pœnam excommunicationis, quoad omnes articulos constitutionis eiusdem, & quod statutum ipsum alias sub vi præcepti maneat in vigore suo; absolutionem autem illorum, qui ante sublationem huiusmodi pœnam incidunt, eamdem committimus plebanis, ut eisdem, & qui in posterum contra constitutionem prædictam venerint, iniungant stare ad modum poenitentium ante fores ecclesiæ tribus diebus dominicis, vel festiuis, quando maior adeat populi multitudo, eosque, qui in hoc contumaces extiterint vel rebelles, puniant ipsi plebani pro facultate cuiuslibet, in aliqua pœna pecuniaria competenti, custodi ad fabricam nostræ ecclesiæ cathedralis Saltzburgi sub certo testimonio assignanda. Et quod circa eosdem plebanos in singulis capitulis & Synodis tam nostris, quam archidiaconorum nostrorum, de hoc inquisitio diligens habeatur, & ad nostram notitiam perferatur plebanorum negligentia in hac parte.

CONCILIVM MOGVNTINVM,
QVO SVB PRÆSIDIO PETRI MOGVNTINI
archiepiscopi iussu pontificis tractata est causa Tem-
plariorum, anno Domini MCCCX. tempore Clemen-
tis papæ V.

NOTA.

* *Concilium.*] Qua occasione quaque de causa hæc Synodus Moguntiæ congregata, & quid in ea gestum fuerit, ex manuscripto quodam codice Nicolaus Serarius lib. 5. in historia Petri archiepiscopi

Concil. Tom. 28.

Causa & a-
cta habiti
Concili.

Tttt ij

refert his verbis: *Anno 1310. ante Viennensem Concilium* (in quo Clementinas edidit Clemens quintus) *Concilium habuit secunda, tercia & quarta ferias post dominicam Iubilate idem dominus Petrus provincialis,* in quo statutorum provincialium ex antiquioribus Synodis compendium collegit, cuius vix paucula supersunt: & Romani pontificis iussu tractata est Templariorum causa.

Extant edita in statutis.

Comparuit autem in Synodo, quemadmodum refert manuscriptus liber, Hugo comes Siluestris & Rheni, qui morabatur in Grumbach prope Meissenheim cum viginti fratribus, sub habitu ordinis propriae armatis. Hi omnes, non quidem vocati, sed ultro & subito in concessum patrum irrumpunt, omnibus attonitis. Archiepiscopus viros considerans, ac violentiam timens, placide iubet, commendator ut sedeat, & si quid habeat in medium afferendum, ut deponat. Qui clara & libera voce exorsus: se suosque confratres, inquit, intellexisse, hanc Synodus sui ordinis delden- di gratia potissimum congregatam, ex commissione Romani pontificis. Enormia enim quedam scelerata, & plusquam ethnica flagitia, illis obici, que in priuato designarent, quod ipsi sane esset gratissimum & intolera- bile: maxime quod non ordinarie audit nec conuicti condemnarentur. Quare coram ista patrum congregatione se appellare & provocare ad futurum pontificem, eiusque uniuersum clerum: publice quoque protestari, eos qui propter talia flagitia alibi igni traditi essent & combusi, constanter pernegasse, se quidquam eorum designasse, atque in ea confessione tormenta & mortem perpessos. Imo Dei optimi maximi singulari iudicio & miraculo eorum innocentiam comprobata, quod aliae chlamydes ac rubricatae cruces igni non potuerunt absimi. Archiepiscopus his auditis, ne tumultus suboriretur, protestationem eorum admisit, seque cum Romano pontifice acturum respondit, ut quieti esse possint: atque ita ad pro- pria sunt dimitti. Postea vero Petrus alias commisionem obtinuit, iuxta quam procedens, predictos censuit absoluendos, actum anno 1311. Kalen- dis Iulii, ut Naucleius ex quadam Iacobo Mogunitino tradit. Habi- se autem archiepiscopum Moguntiae Concilium provincialis anno 1313. re- fertur in manuscripto: sed quia idem prioris mentionem non fecit, vide- tur unum & idem.

